



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

cxxviii. Ad fractas pinnas remedium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

terram detractus, interea dum prædam retinere conatur: aliquando ita alliditur ad perticam dum euolare contendit. solet omni naturali prudentia tegere caput, quod & obnoxium habet letalibus ictibus, ideoque aluum, latera, lumbos percussione exponit. Id quod si acciderit, hoc remedio ei succurres, quo minus impediatur ad continuandam aucupationem. Habeto accipitris mortui pinnam, & cum aliqua frangetur, reponito ex mortuis, dextram quidem dextræ, sinistram sinistræ parti, caudam caudæ accommodans. nimurum fractam pinnam non valde prope carnem scindito ad inserendam loco illius alteram, quam de mortuo seruatam habes numerose temperatam, lino nigro liges utramque inter se commissam.

*Ad fractas pinnas remedium.*

**V**IMI corticem & maluæ agrestis radicem ex vino veteri coquas, decocto pinnas foueas, & sanaueris. seu myrrham in pila tundito, & simul cum oui vitello stupræ illinito, etiam cum folijs super imponito, scite ligato, auem obseruato, & sanabis.